

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paupertas a  
cum fonte primo

Non tibi displiceat paupertas tua; nichil  
ea potes dicius inuenire. Vis cognoscere  
quam locuplex sit? Celum emit  
quibus thesauris conferri possit  
quod paupertati uidemus indultum?  
Vt ad regnum celorum ueniret,  
diues possessione sua obtinere  
non potuit; nunc obtinet ut contemptu  
perueniat.

Augustinus de uerbis apostoli sermone  
XXVIII.

Non tibi displiceat paupertas tua: nihil  
ea potest ditius inueniri. Vis nosse  
quam locuples sit? Coelum emit.  
Quibus thesauris conferri possit,  
quod uidemus paupertati indultum?  
Ut ad regnum coelorum veniret  
diues, possessione sua obtinere  
non posset: nunc obtinet ut contemptu  
perueniat.

Auctor incertus (Augustinus  
Hipponensis?), *Sermones de scripturis*,  
99, 4 (PL 39, col.1936).